

165

M. ANTO. SABELLICI CARMEN AD
CIPICVM CORIOLANVM DE DO-
MVS DEFLAGRATIONE.



ERA Ne dalmaticis subitum mihi muntiat oris
 Cipice phama nefas: inopinaq; damna tuorum
 Spargit in hadriacos fines: iacet ignibus ergo
 Nocturnis consumpta domus quã thylifer euan
 Verticibus nysæ: phœbus uocalibus antris
 Prætulit aoniæ: quæ nam hospita tecta subibūt
 Ex helicone deæ: quum phocidos arua relinquit
 Docta cohors: latiasq; numæ festinat ad aras.
 Crudeles flammæ nunq; crudelius aulæ
 Non hominum sedes: superum non templa cremare
 Concidit argolicis flammis tritonia pallas
 Iliaciq; lares: sæuoq; superfuit igni
 Cisseis: nec quum subitam per templa fauillam
 Vestales sparsere foci sunt uirginis ulla:
 Membra afflata rogo: tantum tibi liuia crines
 Perstrinxit mediis acies uulcania campis.
 Exemplo potuit raperet licet omnia: sæuus
 Ignis: & obscuro trepidarent cuncta tumultu
 Parcere uel mediis flammis si fata dedissent
 Consorti fortuna tuæ: sed pensa colosq;
 Coniugis infestæ pariter fregere sorores:
 Heu superum leges: & inexorabile fatum
 Quid pietas quid culta fides quid profuit heu heu
 Connubio serua: us amor quid sanctior ætas
 Quid tibi stemma duplex alta ue quid indole nati
 Sed quid uana queror neq; n. si fata morari
 Forma: genus: pietas: & quæ uelut optima terris
 Miratur mortale genus: formosa lacenæ
 Rapta foret facies: iam uiueret hectoris uxor
 Viueret & naxi curuis quæ infesta cucurrit
 Littoribus: postq; pelago rapiensibus austris
 Acteas uolitare rates: ac perfida uidit
 Linthea: & ægiden decies impute uocari.
 Nec phedra infaustos secum querebantur amores
 Per lauros & densa ruenis: myrteta uagantem

CONSOLATORIVM CARMEN

Qua uidet hipsipylon:qua moestas phillidos umbras:
Perfidiamq; phrigum:manes fugientis helisæ.
Nec ferro incubens casto traiecta cruore
Fcedasset patrios moriens lucretia uultus:
Durassetq; procul sancto bis iuncta catoni
Martia:& imphario thalamis quæ exuta profundo
Impleuit clamore ratem:gladiosq; nefandi
Hospitis elisiis damnat cornelia campis.
His alias centum adiiciam:si ludere cantu
Plura uacet:quarum haud terram subiisset imago
Siquid haberet inops:quod sæue opponere morti
Vita queat:fato heu sortem discrimine nullo
Debetur quicquid lunaris semita calcat:
Occidit hic aliquis ferro:perit ille ueneno:
Hunc rapit atra lues:hunc æquoris obruit unda.
Mille quidem mortis causæ:moriendi lex tamē una
Quæ si cælicolum nutu uariabilis esset:
Memnona non mater:mater non fleffet achillem:
Orphea calliope nunq; supremus olympo
Iuppiter intuitus:natum per rura iacentem
Troica:figæa uultum flexisset ab ida:
Diis geniti experti quod inexorabile clotho
Voluit opus:quid multa gemis:qd; pectora tundis?
Cipice?num thalami nostris non legibus ortam
Consortem rebare tuam:num credulus illi
Semper inexpletis reparari stamina fusis?
Hæc alii statuenda putent:tu despice uulgas
Ingentisq; imitare diros:quos emulus ultro
Sectaris:propiusq; uolens uestigia calcas.
Nec quod tam subita uitæ pars altera flamma
Luminibus sit rapta tuis:tibi uulnus adactum
Altius:& lachrimis tantum medicabile credas:
Sit subitum quodcūq; dolet:nec torqueat ante
Siquid obesse potest:nō mors licet improba pœnas
Sed mora mortis habet:pietas quoq; coniugis esse
Tanta tuæ:recti studiumq; & cultus honesti
Vt nequa offensum subita sit morte cadenti
Vel dabitare nefas:necq; n. cui proxima uir

DE DOMVS DEFLAGRATIONE.

It comes esse potest mortis uis ulla timori.
Illa quidem nuper curis exuta supremis
Coniugii sobolisq; memor: lætissima campos
Circuit elisios & amœna uireta pererrat
Pierio dilecta uiro: qua polla uirentes
Subtextit lauros uictasq; innectit honori.
Qua; iterum stygiis reuocatam sedibus ambit
Orpheus euridicen seq; & sua carmina iactat.
Hic centum thalamos uatum tedasq; secuta
Illustres animæ: uenientem plausibus illam
Excipiunt: pariterq; omnes mirantur & ornant
Spargentes manibus flores & lilia plenis.
Hæc uatum matrem: uatis uocat illa maritã
Vocibus his læta incedens se cætibus ipsa.
Miscet: & errantes choreas thyasosq; secuta.
Elisios soles: secum miratur & alstra.
Tu uero interea præreptæ coniugis umbras
Sollicitas lachrimis: inhibes nec frena doloris:
Cipice: sed tristi reparans: suspiria luctu.
Terq; quaterq; die: superos & fata dolendo
Insimulas: lamenta ciens herebiq; poliq;.
Inuidiam factura deis: iam desine plura
Dulcis amice queri: non si quas hadria pulsat
Dalmaticæ fiant cautes: clamoribus aptæ
Perpetuasq; simul iactent ad sidera uoces
Proficiant: reuocent que graues ad pensa sorores.
Sed tu nec superum fatis: nec legibus ullis
Flecteris: amplexus cineres tepidãq; fauillam
Coniugis indulges lachrimis: at respice natos
Quorum pieriam iste chelin: tibi barbiton ille
Tendit: uterq; tuos luctus lenire paratus
Si numeri si pleetra ualent: en tethys & omnis
Natarum tibi coetus adest: tibi longius ecce
Nereidum moesta triton ciet agmina concha.
Istuc multifido transmittit gurgite nymphas
Nobilis heridanus: & qui contractior undis
Mergitur hadriacis athesis: togifonus: & acer
Bacchilio: phamaq; duplex fraudatus & undis

CONSOLATORIVM CARMEN

Sed fortunatæ felix sulcator arenæ
Meduacus: glauca precinctus arundine frontem
Naiadas his glomerat placidus qui culta pererrat
Arua silis: nitidisq; fluens liquentia campis:
Te romatine satæ: longeq; per æquora uectæ
Tiliauentæ discunt seruare sorores:
Aequoreos cærus: & cerula regna natare:
Has tua post sequitur proles: uarane tuusq;
Stella chorus: tacitoq; errans breuis alba meatu.
Flummeas pelago natifio dat & ipse cateruas
Et quem septenis surgentem fontibus hausit
Cyllarus: oenotriosq; secans celer arisia fines.
Titius: & qui te procul hadria pulsat iader
Iam phorci chorus omnis adest: iã flumina quicq;
Prolis habent: en dalmaticis e collibus istuc
Accelerant satyri: montanaq; numina panes.
Vndiq; circumstant magni solamina luctus:
Teq; orant omnes lachrimasq; hortantur inanes.
Ponere: nec iusto plus indulgere dolori
Cipice quid clamas aiunt: quid pectora pulsas
Conuellisq; caput: pedibus quid frontis honorem
Phoebas calcas lauros: plectrumq; lyramq;
Odisti: elisiis non poscit talia coniunx
Non flætus petit illa tuos: planctus ue requirit:
Non lachrymis cineres spargi: non busta capillis:
Te memorem uult ipsa sui: uiduumq; cubile
Perpetua seruare fide: nullamq; putare
Vel dryadum dignã: uel quas alit æquoris unda
Quam pro se thalamis uacuis adiungere possis.
Ut secura thori tumulis felicibus erret
Subtrahit ecce simul natas tibi cærule marex
Ipse simul dryadas pinu precinctus acuta
Inde procul siluanus agit: tu respice natos
Egregiam sobolem: hanc animis hanc pectore toto
Cipice docte foue: damnataq; carmina rursus
Castaliumq; reuise nemus: numerosq; chorosq;
Rursus ama: phœbiq; iterum reuoceris in artes.
Hæc illi: sed prima tibi solamina planctus

DE DOMVS DEFLAGRATIONE

Dum moueo infelix uates:meditorq; dolorem
 His lenire modis:en uulnere saucius ipse
 Pene pari:tecum lachrimas & tristia iungo
 Iam dudum lamenta miser:tibi causa doloris
 Flamma nocens:gelida luctus mihi partus ab unda
 Nam dum fratre iatus teneris mihi creditus annis
 Solibus æstius mergit sua corpora fluctu
 Sæpe puer:sentiam teneros allapia per artus
 Irrepiit scelerata lues:leataq; peremprus
 Heu puer infelix macie mihi clauditur urna
 Ecce breui:dum forte tuos abstergere luctus
 Aonia contendo-lyra:lic indigus artis
 Quæ leuet infandum uulnus:quis credere possit
 Arte alios curare paro:pro stulta doloris
 Ambitio:subito quin casu abiectus uterq;
 Vir consorte thori:patruus fraudatus alumno.
 Iungamus lachrimas ambo:pariterq; fleamus.
 Inq; uocem nostras alterno carmine fortes
 Desleuile iuuet:uel si pudor ullus inheret
 Pectoribus uatum:libeat meminisse quid illi
 Quid ue sit in terris hominum nunc qcquid oberat
 Quas leges natura dedit mortalibus:aut si hæc
 Dissimulanda:dolor suadet:sequimurq; uolentes
 Vulgus iners:mos immemores(studiiq; lyræq;
 Succurrat saltem quod flendi fluctus & ignis
 Quæ duo materiam præbêt:hæc cuncta resoluunt.

Finis.

.M. ANTONII SABELLICI CARMEN IN
MVNITIONEM SONTIACAM.

Pargit Illyricis rapidus de mōtib; amnis
 Hybernis quū creuit aq; haud puius ulli:
 Proxima nā p̄ceps ripā indignatus in arua
 Fertur:& infano bacchatus grandia cursu
 Saxa trahit:uulsalq; rotat cū gurgite syluas
 In lætōs grassat agros:hominūq; labores
 Sternit ouans:gaudetq; suo non sine teneri.
 Ipsa sed herculeo quum sydere canduit æstas:
 Indigus ille sui diffusas colligit undas
 Contentus modicis(detur modo)sinibus ire

Descri-
 ptio fontis
 anis.

F